

Dieser Eintragung liegt wahrscheinlich dieselbe Urkunde von 1144 zu Grunde.

Wo lag nun der Stammsitz Norberts? Bei Gennep am Ketelwald in der Nähe des heutigen Dorfes Kessel am Einfluss der Niers in die Maas. Bei der hohen Verwandtschaft, die freilich erst von Späteren für Norberts Eltern angegeben, doch nie bestritten wird, verdient vielleicht auf die Tatsache hingewiesen zu werden, dass diese silva Ketula eine so bemerkenswerte Rolle beim Kaiserhaus der Ottonen und Salier spielt. Auf einer Fahrt von Aachen nach Nymegen schenkte zu Kessel in der heutigen Rheinprovinz Kaiserin Theophano ihrem Gatten den heissersehnten Tronerben: in silva que Ketil vocatur. Urkunden Heinrichs IV. von 1057 in Chetele und 1062 in silva Ketela sind in unserm Zusammenhang nicht minder interessant. Und nun halte man dagegen die Nachrichten über die verwandtschaftlichen Beziehungen der Eltern Norberts sowohl zum deutschen Kaiserhaus wie zu den Herzögen von Niederlothringen. Wir kennen die grosse Bedeutung Erzbischofs Bruno, des gleichzeitigen Herzogs von N. Lo., für Xanten, und Norberts Vater wird uns als Palastverwalter des Kölner Erzbischofs überliefert. Die Notiz der Bollandisten: *Herbertus comes Palatinus Rheni, Ottonis I. per matrem Mathildem pronepos (Urenkel)*, bleibt vorläufig, dessen sind wir uns bewusst, ein ebenso unsicheres Dokument wie die folgende: *Hadwigis mater a Polycarpo creditur fuisse filia Eudonis Burgundiae ducis Roberto Franciae Rege nati*. Doch scheinen sich hinter all dem Obigen Zusammenhänge zu verbergen.

Xanten.

Dr. H. ENGELSKIRCHEN.

EPISTOLAE QUINQUE PETRI DE HERENTALS

Curriculum vitae (in quantum notitia ad nos pervenit), acta et scripta Petri de Herentals, prioris abbatae Floreffiensis saeculo decimo quarto, fuse describuntur, in opere cfr. L. GOOVAERTS, *Ecrivains, Artistes et Savants de l'Ordre de Prémontré*, vol. II (1902) pag. 39-44. Item a Can. BARBIER, in altera editione Historiae abbatae Floreffiensis, a doctissimo BERLIÈRE, in *Annales de la Soc. Archéol. de Namur*, t. XVIII, 1889, pag. 325-337; a Prof VAN DER LINDEN in *Biogr. Nationale de Belgique*, XVII, col. 458-460.

Ex expositionibus illis consequitur Petrum de Herentals fuisse et remanere virum conspicuum inter illos qui olim ad Ordinem nostrum

pertinuerunt. Quae proinde nata sunt vitam et scripta eius magis notificare, grato animo accipientur.

Sub hoc respectu, editio quam P. DE ROY, S. I., procuravit epistolarum missarum et acceptarum ex parte Petri nostri et Joannis de Schoonhoven, supprioris monasterii Viridis Vallis (Groenendaal), specialem mentionem merentur. Epistolae illae editae fuerunt in periodico *Ons Geestelijk Erf*, t. XIX, 1945, pag. 151-207, introductione praemissa.

Epistolae illae continentur in Manuscripto 23 Biblioth. Musaei Archaeologici Namurcensi (uti iam referebatur a Goovaerts, l. c., pag. 39). Epistolae illae satis prolixae sunt, iuxta usum illius temporis, et non multa, vere nova, de vita et aetate auctorum manifestant. Iterum autem exinde scimus Petrum de Herentals commercium epistolare et personale fovisse cum viris scientia et prudentia quam praestantissimis, ipsumque apud illos magnam famam esse assecutum. Notum sane est, Joannem de Schoonhoven pertinere ad Congregationem illam Canonicorum Regularium, quae quoad viros eximios et praestantes sanctitate ac sana doctrina spirituali eminebat; sufficiat recolere B. Joannem Ruusbrouc, Thomam Kempensem, Gerardum Groot. Ioannes de Schoonhoven et ipse in historia suae Congregationis locum conspicuum obtinet.

In collectione Epistolarum quae in dicto manuscripto Namurcensi continentur, habentur quinque epistolae Petri nostri et quattuor quae, veluti responsa, ad Petrum missae sunt a Schoonhoven.

Quando Petrus primam suam epistolam ad Schoonhoven scribit, non amplius iuvenis est : annum sexagesimum attingit; tristis est autem ob statum minus felicem Ecclesiae; quomodo talia componuntur cum facto Redemptionis a Christo ad finem deductae? Notatur inde ab initio Epistolae ars mira qua Petrus textus per multos Scripturae affert, eosque adaptat ad sensus animae propriae. — Schoonhoven responsum mittit; in fine cuius rogat ut dirigere ad se velit Petrus « opus vestrum quod super evangelia edidistis ».

Iterum scribit Petrus. Tractat de personis qui nimis solo habitu ac nomine ad religionem pertinent. Referuntur quaedam de iis quae egit Petrus antequam nomen suum daret abbatae Floreffensi. Per duodecim annos scholas frequentavit; deinde « iter ad curiam romanam arripui, ad impetrandam ibi gratiam ». In alio scripto : *Compendium Chronicorum de Imperatoribus et Pontificibus Romanorum* (Ms. : Bibl. Nation. Paris, n° 4931 (Goovaerts, l. c., pag. 42, dicit : n° 9431) A, fonds latin, narrat Petrus se in die Pentecostes

anno 1342 Avenione adfuisse, ubi S. P. Clemens VII « gratias generales » promiserat. Videns Petrus noster clericos numero ingentissimo ob hanc causam hunc confluisse, « curia relictā, religionem intravi ».

In epistolis sequentibus, Petrus novam quaestionem Joanni de Schoonhoven submittit. Ipsi nempe propositum erat ut oboedientiam extra monasterium assumeret, administrationem paroeciae; quae paroecia certe curam specialem eius exigeret; ita « exiens monasterium, contemplativorum paradisum..., in quandam babylonicam deveni abyssum ». Huic quaestioni Schoonhoven respondet ostendendo sanctificationem animae propriae securius obtineri intra saepta monasterii; qua occasione vitam stricte contemplativam maxime effert.

Petrus vero ex sua parte nondum quiescit. Valde laudat modum quo religiosi se habent in Groenendaal; haec perspexit, dum « aliquando veniens conversarer in devoto monasterio ». Deinde de Floreffia agens, satis dure conqueritur de statu dissoluto ad quem disciplina monastica devenerat. « Multorum religiosorum sunt monasteria, in quibus non regnat ordo, sed horror, non dilectio sed emulatio, confusio non dispositio, non caritatis et pacis nutritio sed rancor et murmuratio... ».

Schoonhoven iterum respondet : perpensis iis quae a Petro exonebantur, « salubrius vobis credo fore, quanquam utrumque sit onerosum, praesse laicis quam dissolutis monachis ».

In ultima tandem quadam epistola, in qua fuse agit de usu recto et salutari bonorum cuius cura ipsi obvenire potest, Petrus laudat spiritum religionum florentem in Groenendaal (ea quae a personis minus bene dispositis contra religiosos monasterii illius proferuntur, valorem obiectivum non habent); tandem « dum mihi consulitur, ut ad locum me transferam tutiorem, ubi contemplationi vacare valeam liberius, utilitatique proximorum prodesse; et certe huiusmodi consilio desideranter assentio ».

J. B. VALVEKENS.

DIE IM BAYRISCHEN HAUPTSTAATSARCHIV MUENCHEN VORHANDENEN SPEINSHARTER LITERALIEN

Bei der Säkularisation in Bayern 1803 kamen die wertvolleren Bücher der Klosterbibliotheken — das heisst die, die nach Ansicht des Kommissärs Aretin irgendeinen « bibliophilen » Wert hatten —